3667 Genio | tutelae | horreorum | A. Annius | Eucharistus | ex voto.

Caesaraugustae (Zaragoza) Hispaniae Tarraconensis (II 2991 semel descripta saec. XVI).

3668 Num. dom. Aug. | sacrum, | Genio conservato|ri horreorum Gal|bianorum[1], | M. Lorinus | Fortunatus | magister | s. p. d. d. *(In parte opposita)* num. dom. Aug. | sacrum, | Fortunae conser|vatrici horreor. | Galbianorum[1], | M. Lorinus Fortuna|tus magister | s. p. d. d. *(In latere altero Fortuna diademata, d. gubernaculum supra orbem, s. cornu copiae tenens; in altero sacerdos imberbis [Genius] velatus, libans ad aram.)*

Romae, ara marmorea, rep. inter montem Testaceum et Tiberim (VI 236 vidit Smetius). — 1) *De horreis Galbianis, sitis eo ipso loco ubi haec ara reperta est, cf. supra N. 1621 not. 2.*

3669 Iovi optimo maxi|mo, Genio areae fru|mentariae Aug. sac., | P. Marcius P. f. Q.[1] Cres|cens. mag.[2] ob statuam, | quam ob honorem ma|gistratus sui die III no|narum Ianuariarum | in Capitolio promiser., | inlatis r. p. summis ho|noraris decurionatus | et mag. s. p. f. et eodem an|no die XVI k. Octobr. | dedicavit. L. d. d. d.

Uzeli (hodie Udjel) agri Cirtensis (VIII 6339 vidit Wilmanns). — 1) *Quirina (tribu).* — 2) *Magister.*

3670 Iovi custodi | et Genio | thesaurorum | aram | C. Iulius Aug. lib. | Satyrus | d. d. *(In latere)* dedic. XIII k. Febr. | M. Civica Barbaro | M. Metilio Regulo cos.[1]

Romae, nunc Parisiis (VI 376 vidit Henzen). — 1) *A. 157. Quomodo cum hoc anno conciliari possit dedicantis nomen derivatum aut ab Augusto aut a Caligula, ignoratur.*

3671 I. o. m. et Genio | venalic.[1] | P. Acilius Cerdo | votum solvit | Nerone Caesare[2] | Aug. IIII, | Cosso Lentulo Cossi f. cos.[3]

Romae rep. in Aventino, ara in fronte et a tergo eodem titulo inscripta (VI 396 cf. 30753 vidit Boissevain). — 1) *Ut supra N. 1855 habuimus Genium publici portorii, ita hic et N. 3666—3668 videtur intellegendus esse Genius vectigalis alicuius, scilicet Genius vicesimae quintae, quae aerario populi Romani pendebatur ex pretiis mancipiorum venalium. Qui dedicant titulos hos, aut mercatores fuisse crediderim aut mancipes.* — 2) *Verba* Nerone Caesare *rasura temptata.* — 3) *A. 60.*

3672 I. o. m. et | Genio p. R. et venalici[1], | C. C. Lappi Mutilus et | Rufus et | L. L. Rubri Antiochus | et Hymnus | votum solverunt l. m., | L. Verginio Rufo | C. Memmio Regulo | cos.[2] *(In parte opposita)* [*I.*] o. m. et | Genio p. R. et venalic.[1] | L. L. Rubri Antiochus | et Hymnus et | C. C. Lappi Mutilus et | Rufus | votum solverunt l. m., | L. Verginio Rufo | C. Memmio Regulo | cos.[2]

Romae, in arae, rep. cum ea quae praecedit, duabus frontibus (VI 397 descripserunt saec. XVI auctores idonei). — 1) *Cum Genio populi Romani et venalicii conferri potest Genius populi Romani et commercii (supra N. 1860).* — 2) *A. 63.*

---

archive.org